



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

333. An Monialis possit transire de uno Monasterio ad aliud causa  
fundationis, reformationis, &c. sine licentia Papæ? Ex p. 3. tr. 2. res. 127.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Supradicta Sixti V. nam quamvis illa, quæ adducta fuit ex Greg. XIII. (vt dixi) non comprehendat nisi duntaxat Moniales Italiae & Siciliae, Monachalem vitam profitentis, generalitèr clausula ibidem posita, non extendatur ad maiora expressus nihilominus tamen, constitutio prædicta Sixti V. omnes Moniales Abbatissas & Præfectas, quocumque nomine nuncupentur, Minorum fratrum curæ subiectas in quibusvis partibus, & prouincijs generalitèr comprehendit, ita quod post transactum triennium prædictum, nullum Abbatissas, seu præfecturas Monasteriorum, aut officium aliud nec aliquam potestatem, vel auctoritatem in eisdem possunt obtinere, & exercere, vt ibidem dicitur. Sed circa hæc vltima verba, nonnulla est difficultas apud Patres nostri sacri Ordinis, An scilicet liceat Abbatissas prædictas, finito sui Abbatissatus tempore, constituere eorumdem Monasteriorum Præsidentes, donec alia Abbatissa eligatur? Quidam enim affirmant, alij verò negant, propter verba superius posita. Sed quidem pars affirmatiua probabilis mihi esse videtur, quin verò, & id pertinere ab bonum regimen, debitamque administrationem Monasteriorum Monialium, vt scilicet, pro paruo aliquo tempore, eadem ipsæ, non verò alia, Præsidentes constituentur, propter vitanda innumera mala, damna, atque incommoda, quæ ex contrario facto, vt plurimum exoriantur, aut saltem possent euenire, & quia illa maiorem habent noticiam dispositionis, & status suorum Monasteriorum, quàm alia. Quis enim non videat, quòd alia nominatæ Præsidentes, nouitatum amatrices, breui illo temporis spatio, quam plura possint innouate, quæ in maximum damnum, & detrimentum pacis, quietis, & tranquillitatis prædictorum Monasteriorum caderent, Monialium omnium, in ordine ad finem futuræ electionis animos sollicitare, & omnibus velle placere, quæ sua sunt quærentes, non quæ Iesu Christi? Vnde ad supradicta verba respondendo, dico, quòd ibidem tantummodò prohibentur Abbatissæ prædictæ, expleto suo triennio, habere in dictis Monasterijs, aliud officium (quocumque nomine nuncupentur) quòd etiam per triennium duret, sicut est officium Vicariæ, seu alicuius similis, nam hoc est in officijs perpetuari, quòd ibidem à Summo Pontifice prohibetur, non vt ipse esse Præsidentes, finito suo Abbatissatu, paruo aliquo tempore, donec alia ipsarum loco eligatur, propter rationes prædictas. Multò etiam minus prædicto decreto prohibetur, quin perfunctæ officio Vicariæ eligi possint in Abbatissas, quòd etiam à quibusdam extitit dubitatum, & difficultas mihi proposita. Cui & ego affirmatiuè respondi, & ita obleruat communis praxis. Hucusque Miranda, cuius opinio à fortiori procedit cum adesset consuetudo.

## RESOL. CCCXXXII.

*An Abbatissa possit præcipere Monialibus aliquid sub pena excommunicationis?*

*Et an supradicta Abbatissa possit saltem præcipere aliquid Monialibus sub præcepto obedientiæ?*

*Et explanatur mulieres non esse iure Divino incapaces potestatis Ordinis, & Iurisdictionis, ita vt etiam ex commissione Pontificis excommunicare, & censuras ferre non valeant. Ex p. 5. tr. 9. Ref. 16.*

§. 1. **V**idetur affirmatiuè respondendum, quia Abbatissa habet spirituales iurisdictionem in subditas, ergo. Probatur antecedens, quia Moniales tenentur in conscientia illi obedire: quod confirmatur ex c. dilecti filij, de arbitr. cap. dilecti de excess. praelat. & c. dilecti, de maior. & obed.

2. Sed respondendum est negatiuè, cum feminæ non possint ferre censuras, cum Ordinis clericalis & Ecclesiasticæ iurisdictionis sint incapaces, ex c. nona, de penit. & remiss. & docet D. Thom. in 4. q. 1. ar. 1. dub. 19. quest. 3. ad 4. & dicit. 1. 5. q. 2. ar. 1. ad 2. Dicendum est, igitur Abbatissas non habere spirituales iurisdictionem in subditas, nec in foro interiori, nec in exteriori, nec posse ferre præcepta, quæ vim legis & præcepti habeant, sicut Episcopi & ceteri Prælati Ecclesiastici, subditæ verò eis nihilominus obedire tenentur, tum quia hoc est vnum ex præceptis sue regulæ, tum etiam, sicut filia tenentur obedire matri & filij parentibus, quamvis parentes nullam habeant iurisdictionem in filios, & ita docet Rodriguez in summa tom. 1. cap. 3. n. 9. Lezana in qq. regul. cap. 2. §. 1. n. 1. Homobonus vol. 1. part. 2. resp. 105. Cornejo in 3. part. tr. 5. de cens. disp. 2. dub. 3. qui tamen contra D. Thom. addit, mulieres non esse de iure diuino incapaces potestatis Ordinis & iurisdictionis, ita vt etiam ex commissione Pontificis excommunicare, & censuras ferre non valeant, & citat Paludanum, Hugolinum, Henriquez & Sayrum, quibus adde Suarez disp. 2. §. 2. ar. 7. & Præpositum in 3. part. q. 1. de cens. in comm. q. 1. §. 1. dub. 4. sed ex Auila Coninch de Sac. disp. 1. 3. dub. 3. n. 35. putat cum D. Thom. quòd feminae, nec quidem Pontifex possit committere hanc potestatem. Sed si quis incidenter hic quærat, an Abbatissa, si non potest præcipere aliquid Monialibus sub censura, vt dictum est, possit præcipere sub præcepto obedientiæ? Et affirmatiuam sententiam docet Rodriguez in summa tom. 1. cap. 3. n. 9. vbi post adductam rationem pro hac firmanda sententia contra Sotum, sic asserit. [La qual razon deuen considerar los que por dar contrao a Monjas, las desobligan de los preceptos de su Abadesa, y son causa de mucho mal espiritual, y esto se ha de tener, aunque en las quæstiones regulares me fui tras Soto por su autoridad,] Ita Rodriguez, qui quidem poterat non cantare palinodiam, & Sotum sequi, cuius opinio negatiua in hoc dubio liquenda est, & illam sequuntur Portel in dubijs Reg. ver. Abbatissa num. 1. Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 4. disp. 1. 3. n. 126. Ledesma in 2. 2. part. 4. quest. 120 ar. 4. Sanchez in summa tom. 2. lib. 6. cap. 1. n. 2. Baldellus lib. 5. disp. 6. num. 1. & seg. Valencia tom. 4. disp. 7. quest. 16. punct. 3. Sayrus in clau Regia lib. 5. cap. 10. num. 26. Vgolinus de cens. tab. 1. cap. 2. §. 7. & alij penes ipsos. Dico igitur Abbatissas non habere potestatem spirituales in Moniales, sed solum domesticam, qualem habet mater familias in filios, & ideo non possunt præcepta spiritualia imponere in virtute obedientiæ, & Spiritus sancti, sicut possunt Prælati Regulares, sed tantum posse instar matris familias præcepta imponere, quæ ad domesticam gubernationem, & communitatem Monasterij pacem conducant, & hæc præcepta obligabunt iuxta grauitatem, vel leuitatem materie. Non nego tamen sententiam Rodriguez probabiliter etiam esse, quam præter ipsum, tuetur Salas de legibus disp. 8. sect. 19 in fine. Azorius tom. 1. lib. 13. cap. 10. §. 7. in fine. Cornejo in 3. part. D. Th. tr. 5. de excom. disp. 2. dub. 5. q. 2. num. 2. Lezana in qq. Regul. cap. 2. §. 1. n. 10. Naldus in summa ver. Abbatissa num. 4. & alij sed contra opinio est probabilior.

## RESOL. CCCXXXIII.

*An Monialis possit transfere de vno Monasterio ad aliud causa fundationis, reformationis & c. sine licentia Prælati? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 127.*

§. 1. **N**egatiuam sententiam docuit Eman. Rod. in summa tom. 3. c. 3. n. 2. & Thomas Zerola in pract.

praxi Episc. part. 1. ver. Moniales. §. 16. qui testatur ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem.

2. Sed his non obstantibus, hoc fieri posse ex sola licentia Superioris dicte Monialis, & ita seruari in praxi tenent Emanuel Rodriguez sibi contrarius, ubi supra in summ. tom. 3. cap. 96. n. 4. Hieronimus Rodriguez in compen. qq. Regul. resol. 26. num. 38 & Portel in addit. ad dubia Regular. ver. Monialibus, num. 1.

3. Verum circa presentem questionem, ita asserit Villalobos in summ. tom. 2. tr. 35. diff. 45. n. 9. Rodrig. dice, que para traher Abadesa de fuera, es necesaria licencia del Papa, o del Nuncio, que viene para ello autorizado, como lo declaro la Congregacion de los Cardenales; En lo que toca a esta declaracion parece dudosa, porque no la trahen Faxinacio, ni Marzilla, y dice Portel que no esta en uso en Portugal, y yo tambien he visto lo contrario en Castilla, mas si essa se hallasse autentica ha se de hazer assi; mayormente en caso que viesse de haver discordia, porque podrian las Monjas recurrir al Nuncio, y si fuesse deste parecer tendrian pejudambres los Prelados; mas no constando desta declaracion, tiene buen fundamento lo que queda dicho. Sed his non obstantibus, ego puto non esse recedendum a prima sententia negativa propter declarationem Cardinalium addictam a Castellino ubi supra in hoc tract. resoluit. 99. in fine.

RESOL. CCCXXXIV.

An superiores Regulares possint absque interuentu Episcopi dare licentiam suis Monialibus exiendi a Monasterio ex iusta causa? Ex p. 1. tr. 2. & Misc. 2. Ref. 24.

§. 1. Affirmatiue respondet Bruno de priuileg. Regul. p. 2. tr. 4. c. 6. propos. 10. Nec obstat aut Constitutio Pij V. inchoata, Circa pastoralis, qua Pontifex requirit Episcopi consensum in scriptis ad cuiuslibet Monialis exitum; sicut etiam declaratio Cardinalium a Roderico proxime citando allata. Quoniam per non vsum hac constitutio, sicut, & Cardinalium declaratio in pluribus partibus non est recepta: Deinde non debet intelligi de illis Monialibus, que subdita sunt Praelatis regularibus, sed de illis, in qua Ordinarij iurisdictione potuntur, de immediate Papae subiectis, ac si de omnibus intelligeretur, non procederet prohibitio exitus Monialium, cum occurrat causa legitima: vt resoluit Marcellinus a Sancto Benedicto in Compend. priuileg. Fulien. verb. Concil. Trident. 24. in Schol. post Nauar. l. 3. Concil. tr. de Regul. cons. 48. Sic etiam tenent Roder. tom. 1. qq. Regul. 98. art. 6. idem Nau. cons. 6. de Statu Monach. & Comment. 4. de Regul. in 6. ad vers. 3. Quibus adiunge Mirand. de Sacris Monialibus 9. 3. art. 6. conclus. 1. Suar. de Relig. 4. l. 1. c. 9. n. 13. Bonac de Clausura, & panis eam violantibus impositis, q. 1. punct. 8. n. 1. Lezana in summ. qq. Regular. cap. 15. n. 21. Tambur. de iure Abbatiss. disp. 21. q. 6. Azor. inst. Moral. par. 1. l. 13. c. 8. q. 1. Sanchez in precep. Decal. l. 6. c. 15. n. 28.

2. Non obstat, Secundo illud Tridentini cap. 5. sess. 25. de Regular. videlicet, Nemini Sanctimonialium licentia post professionem exire a Monasterio, etiam ad breue tempus quocunque pretexto, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbata: Quoniam citatus Nauar. & alij illud interpretantur de subditis immediate Papae, aut Ordinario non autem de Monialibus subditis Regularibus Praelatis, cum in eodem capite subdatur; Dare autem tantum Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessarijs: Et quoad hanc clausulam non reuocat priuilegia, que tamen immediate post clausulam preecedentem reuocauerat. Nec

obstat reuocatio priuilegiorum apposita prefata Bulla Pij V. quoniam quoad hoc non reuocat Tridentini facultatem in proxima clausula concessam, cum Pontifex dicat, se velle adherere Tridentino vt preccitati Roder. & Nauar. sentiunt. Vbi autem Tridentinum non viget, obiectio nullam vim habet Ita Bri no.

3. Sed contrarium tenendum esse existimo. Dico igitur, quod Moniales Episcopo, vel Sedi Apostolicae subiectae exire non possunt nisi adit consensus, & licentia Episcopi, vel eius Vicarij Generalis. In Monasterijs vero exemptis, que Regularibus subduntur, facultas exiendi concedenda est a superiore Ordinis, vel ab alio Praelato immediato, & preeterea ab Episcopo, vel illius Vicario, vt habetur in Concilio Tridentino sess. 25. capite 5. & in Bulla Pij V. que incipit, Decoris & honestati, sub his verbis; Quae tamen preter alios Ordinum Superioriores, quibus circa Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiam praedicta Monasteria ab Episcopo, & Ordinarij iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expresse in scriptis approbata sit. Quicquid dicant in contrarium Emanuel Roder. qq. Regular. tom. 1. questio. 49. art. 6. Mirand. de Sac. Monialibus questio. 3. art. 6. dicentes quod in Hispania dicte Constitutio Pij V. neque recepta fuit, neque ad vsum redacta. Contra quos disputat praecipue Suarez de Relig. tom. 4. libro primo capite 9. dicens, legem Ecclesiasticam non pendere ex acceptatione, neque sua vi destitui, nisi post longissimam praescriptionem; idoque nostram sententiam Constitutioni Pij V. conformem sequuntur praeter Suarez loco citato, Nauar. tom. 4. de regular. numero 60. Sanchez tom. 1. in Decal. libro 6. capite 15. numero 26. Azor. tom. 1. in inst. moral. libro 13. capite 8. Bonacin. de Clausura questione 1. punct. 8. numero 1. Vettorell. de orig. & claus. Monial. §. An solus Episcopus pot. 26. & hac omnia docet etiam Tamburinus de iure Abbatissarum disp. 20. q. 3. num. 6. & 7.

4. Imo Monialibus, in casibus exceptis, e Monasterio Episcopo vel Sedi Apostolicae, aut Superioribus Regularibus subiecto exire non licet, nisi adit consensus communis Episcopi Diocelani, & Superioris Regularis, si ei subiectae existunt, ita vt si illae, quae potestati Regularium subiectae sunt, sine Bulla, & licentia Ordinarij egressae fuerint, per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia debent ipsae, & earum Superiores (de quorum licentia e Monasterio fuerunt egressae) ab eodem Ordinario puniri, non obstantibus quibuscumque priuilegijs Et ita declarauit S. Congregatio teste Armendariz in addit. ad recop. legum Nauar. l. 2. in 18. l. 6. 7. num. 103. Stephan. Vveymys ad 24. Const. ex iure communi desumptas, & per Concilium Tridentinum innouatas, Constit. 19. num. 19 & Barbosa de potest. Episc. part. 3. allegat. 102. num. 28.

RESOL. CCCXXXV.

An Decretum Pij V. quod incipit Decoris, & honestati, editum anno 1569. in quo conceditur Monialibus propter morbum lepra, & epidemiam exire a Monasterio, an inquam, hoc Decretum extendendum sit ad aliam infirmitatem non tantum alijs, sed soli Moniali nocentiam cui exiendi a Monasterio remedium adhiberetur, si alia periculum vite, aut grauis, & diuturna infirmitatis probabiliter timetur? Ex p. 1. tr. 15. & Misc. 1. Resolut. 23.

§. 1. Negatiue respondendum est. Ita tenet Guttier. in Can. qq. l. 1. c. 14. Zerola in praxi. p. 1. ver. seqq. Moniales.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq.